

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Henricvs Claviger obergebricensis, Ioanni Manlio

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

6
HENRICVS CLAVIGER OBER-
gebricensis, Ioanni Manlio

S. D. P.

Literas tuas, humanissime Manli, tā-
quā frater honorandissime, ad me
missas, suauitatis & officij plenas, acce-
pi, easq; summa cum uoluptate perlegi:
quibus me de tuo ad exteras nationes
itinere & labore suscepto in colligendis
doctorum, præsertim D. Philippi episto-
lis, reddis certiore. Quod mihi uehe-
menter fuit gratum. Et Deum assidujs
meis uotis & ardentibus gemitibus pre-
cor, non desistam, ut te præsidio & excu-
bijs castorum Angelorum septū & mu-
nitum, in tam difficili, longa, æstuosa &
puluerulenta uia clementer protegat, et
ab omnibus malis defendat. & custodi-
at, iuxta Psalmi dictū: Angelis suis man-
dauit de te, ut custo diant te in omnibus
uijs tuis. Deinde à te maximopere pro
nostra summa coniunctione, tuaq; sin-
gulari humanitate etiam atque etiā pe-
to & quæso, ut tuum opus inchoatum,
plurimis utile & necessarium profutu-
rum, absoluas, ad optatumq; finem per-
ducas, ac nobis animo libentiss. quam-

κ 5 primū

ANNO EPISTOLA

primùm communices. Sunt enim non pauci præstantissimi uiri, multarum rerum usu & experientia ualentes, à quibus tua Collectanea superiori anno in lucem edita, auidè emuntur & arripiuntur: modò si plura exemplaria adueherentur. Quæ ergo promittis, eodem desiderio & cupiditate expectamus & desideramus. Nec maleuolorum sycophantiarum & obrectationibus, quibus tuam candidam famam denigrare conantur, summaq; animi uirium contentione student, moueare. Optimè enim nosti, Socratem nec Aristophanis illusione, nec Anyti prodicione, nec Meliti accusacione, nec iudicium peremptione, postremò nec inuidorum omnium conflata calumnia absorptum: sed multo magis sua morte immortalè esse factum. Sic aut ait: *ἀνοσιταίη υἷς δούλωνται, βλάβη δὲ ἴσθ' δούλωνται.* Viuit igitur Socrates, & triumphat magna cum gloria: quando aduersariorum suorum memoria uel extincta est funditus, uel scintilla in cinere cum ignominia iacet. Idem uerè de te dici posse, mihi omnino persuadeo: quia semper nomenque tuum, laudesque, etiam inui-

tia

DEDICATORIA.

tis Zoilis, manebunt. Scripſiſſem & epigramma, quod à me haecenus multis precibus flagitaſti, niſi multis & ferè innumerabilibus negocijs, quæ meum animum diuerſè trahūt, de quibus iam non eſt tempus ſcribendi, fuiſſem impeditus. Sed tamen uolui amico ueteri & ſingulari gratificari, moremq; gerere. Compoſui igitur breue carmen, quod ad te curo perferri. Et ſpero te pro tua in me beneuolentia, ſtudio meū eſſe approbaturū, quantūuis nulla ſit meorū carminū uel gratia, uel elegātia. Plura literis cōmittenda hoc periculoſiſſimo tēpore non putaui, præſertim cum nuſquā ruta fides, pietasq; ſit. Sed tu, quod deſiderio & petitioni tuæ nūc quidē ſatisfacere non potui, ut par erat, mihi da ueniam: ac tuum Henricum Clauigerum, non alio erga te animo eſſe, quàm ſemper fuerit, tibi perſuade. Bene & feliciter in Chriſto uale: & me, quod facis, amare perge. Datæ in arce Mansfeld, feſtinanter, idibus Iunij: quo die ante annos 14 clarifſimus uir, Ioannes Spangenbergius, piæ & ſanctæ memoriæ, Eccleſiarum Dei in inclyto comitatu Mansfeldenſi

... I EPISTOLA ...

feldenſiſſimulus ſuperintendens,
deq; alijs Eccleſijs optimè meritis, Iſle
biæ ex hac ærumnoſa uita eſt euo-
catus: Anno ſalutis noſtræ

M. D. LXIII.

[The remainder of the page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the leaf.]